

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 19.

*Secretum litterarum Commercium inter Vivos
et vita functos.*

Ad Theophilum Augustinum a Strausz in
Elysio.

Ex mundo superiore.

Elysiu-Meum, Die Martis, 27. Mar. 1810. (Neov. 9. Mart. 1810.)

Persuasus animo sum, animas defunctorum trans stygias undas æque viventium in superiore mundo recordari, prout nos in terris agentes eorum memoriam habemus. — Ex hac ratione animus mihi est, Dominationem Tuam de felicibus iis mutationibus politicis certiore reddendi, quæ in nostra regione, atque Dominationi tuæ admodum nota patria novissime evenerunt. Ea eorum argumentum.

Parisiis die 4. Mart. Senatus hesterno hora pomeridiana 1. sub præsidio Imperii Archi Cancellarii congregatus est, in quo Serenissimus Princeps seqv. litteras publicas prælegi jussit.

Litteræ Sæ Majestatis ad Senatum. Vid. Eph. Politico Statisticas.

Leges Cæmoniarum in Cæsarea Aula conscriptæ sunt libello 156 paginas in quar-

to vasto. Servitia omnium Magnorum Co-
ronæ heredum, Officialium, & aliorum mu-
nere fungentium officia in dormitoria, in
Conclavibus, in quibus Copia Imperatoris
dari solet, aut aliqui Eidem præsentantur,
Ceremoniæ in Cæsareo Sacello, tempore epu-
larum, in choreis. in honorariis Servitiis Im-
peratoris, & Imperatricis, in Solemnitatibus
&c. in eo accurate descripta leguntur. Præ-
cipuo, relate ad ipsam Imperatoris personam,
munere funguntur 4 Generales Colonelli Præ-
torianorum, qui in manus ipsius Imperatoris
fidelitatis iuramentum nuncupant, semperque
alternando eum Imperatore sunt. Hi enim
pro persona Imperatoris cavere debent, im-
mediatique ejus corporis custodes sunt. Si
Imperator in publica quadam solemnitate cur-
ru vehitur, bini ex his ad dextram, bini ad
sinistram currum stant; si vehitur eques,
omnes 4 immediate sequuntur, medius inter
hos Supremus Agazonum Magister; si Impe-
rator in solemnitatibus pedes stat, pone ipsum
immediate & ipsi consistunt, aut ad dextram,
& sinistram ejus circumdant latera. In Ve-
nationibus Supremus Venatorum Magister
præcedit, Generalis vero Colonellus sequi-
tur. In itineribus Generales Colonelli curru
cum Imperatore vehuntur. Qui die illo Ser-
vitia agit, Imperatorem, dum e suo Con-
clavi exit, usque dum ad id redeat, ubique
comitatur. Idem ille, seu in publicis solem-
nitatibus, seu itineribus ita vicinus Impera-
tori esse debet, ut ne quis eum intus, & im-

peratorem transire possit, semperque Imperatorem conspiciat. Comos ejus est ad Status Consilium, & inde ad Palatium redectus. — Verbo: Imperator, utrimum e Palatio suo egreditur, curæ, & vigilantia Generalis Colonelli commissus est. In angustis viis, aut in angusto ponte Generalis Colonellus præcedit, Supremus Agazonum Magister immediate sequitur. Si Imperator in explorationibus est, aut in nocturnis excubiis, Generalis Colonellus præmittet exploratores, jussaque necessaria ad militaria servitia describet, quæ circa personam Imperatoris fieri debent, ne eadem periculo exponatur. Nunquam abesse potest, cum Imperator decumbit, aut e lecto surgit, neque in scio ipse milites ad Palatium immitti possunt. In Excubiis Generalis Colonellus immediate ab Imperatore jussa accipit, quibus sors bello captorum definiatur, quæ ex hujus manibus prius Summo Duci tradentur. Si ingresso in Urbem Imperatori claves Urbis porrectæ fuerint, eadem ille, dum ulteriora de iis constituat, Generali Colonello tradet. Noctæ, utrimum Imperator cubitum ivit, unus ex 12 Adjutoribus Castrensibus, tunc servitiis agentibus, & omnibus 24 horis permittendis, pro securitate personæ Imperatoris vigilabit. Erit is in proximo ad Imperatorem quietis Conelavi. Si nocte nuncia ad Imperatorem delata fuerint, eadem Adjutori huic tradentur. Nemini, quisquis sit, seu in dormitorium Imperatoris, seu Adjutoris hujus con-

clave ingredi fas erit. Iste intrinsecus portam pessulo clausam tenebit. Si igitur nuncia advenerint, Adjutor Castrensium in procenium exibat, cum tabellario lequetur, & accepto nuncio, redibit in suam conclave, portamque pessulo ocludet ita, ut ne quisquam eum seu in ejus conclave, seu in Imperatoris dormitorium sequi possit; tum leniter pulsabit portam Imperatoris. In excubiis Castrensibus, omnium, quæ ad Commoditatem Imperatoris pertinent, Adjutores curam habebunt, solliciti esse debebunt, ut sufficiens ad excubias ignis semper adsit, erematum, & aliments procurare debebunt, si utilia Imperatoris abesset, idemque victu gregarii militis contentus esse deberet. Ad munia horum Adjutorum omnia gravissimi momenti, & vilissima quoque pertinent; illorum enim functiones consistunt in maxime extraordinariis, & specialissimis servitiis.

Memoratu digna est methodus scribendi & Grammaticæ, seu Introductio ad Gallicæ Grammaticæ usum auctore M. J. Müller Prof. in Casareo Lyceo Moguntino de qua Ephemerides Moguntinæ seqv. memorant.

Grammatica Müllerii constat Syllabario, & Grammatica quæ ambæ artissimo nexu coherent. Scopus duorum operum, aut ipse in proemio Introductionis, est: discipulum puerum via naturæ magis conveniente, & multo breviori ad lectionem, scriptionem, & locutionem Gallicæ linguæ ducere & eum sub ipso lectionis studio ipsam rerum cogi-

tionem atque notiones tam sensualium, quam sensus excedentium docere. A pag. 4—27 Introductionis tractat de interna constitutione usque sui syllabarii. Cultura auditus & organi linguæ suorum discipulorum videtur ei in eo singulari curæ fuisse. Metro Sectionis sui grammatici acuminis, novit hoc loco quamvis vocem in syllabas, has in sonos, hos in tonos singulatim analisare. Vix assequi mente licet, ut fieri potuerit, de id genus sicco & jejuno argumento, quale syllabæ sunt, adeo uberem notionum copiam & conspectum proferre. Ex cæteris memoratu dignis, quæ in medium adducere angustia hujus paginae prohibent, occurrit machina lectionis, declinationis, Conjugationis, cujus inventio summe ingeniosa, planeque puerili ludicro ingenio accommodata est; imo de mechanica dexteritate auctoris admodum favorebile judicium elicere debet. — Memorabilius vero & plene novum est, quod sub rubrica; *Notitia signorum, sonum consonantium denotantium*, intuitu soni eorum loquitur: Cl. Sömmering quidem in suo opere de structura corporis humani de hoc argumento varia præparavit, nihilominus Cl. Müller absque controversia debetur meritum, id ad Grammaticam adplicuisse, quod ille ut Physiologus docuit. Ille videlicet quamvis consonantem proprio suo anatomico-musicali nomine adpellat, quo fortassis eo perducetur: ut alphabeto ex integro carere possimus. Ope hujus inventionis distit præter eloquentia

nem & notionem omnium consonantiam a priori nosse, atque, quemadmodum Musicus notas ex charta ad Instrumentum musicum transfert, a se ipso quemvis sonum, medio anatomicè exacti nominis ex organo auditus, ad organum lingue transferre discet. Originalis harum denominationum dos in excerpto solum isthic proponi potest; en illud!

Sonus lenis per labia sonans *b*, acutus sonus per labia sonans *p*, sonus lenis gutturalis *g*, acutus sonus per guttur sonans *c*. *q*. lenis lingualis sonus *d*, acutus per linguam sonans *t*. sonus per labia & dentes sibillans *f*. & *ph*. anterioris lingue palatius murmurans sonus *g*, posterioris lingue partis palati sibillans sonus *ch*. pulmonalis sonus *h*, acutus creperus sonus *k*, vulgaris creperus sonus *l*, suapte labialis & lingualis murmurans *m* & *n*, stridens & vibrans sonus *r*, inter linguam dentesque susurrans *s* & *z*, lingua & dentibus prolatus sibillans sonus *c* & *ç*, labris dentibusque prolatus susurrans sonus *v*, labris dentibusque sibillans *w* denique lingua dentibusque sibillans *x*. Classificatio Consonantium in Creperas, sibillantes, stridentes, susurrantes, & murmurantes nobis tam naturalis, quam ingeniosa videtur. — Nec existimamus, publicum iudicium a nostro dispar futurum.

Grammatica cum altera pars Mülleriani operis tam parum, quam Syllabarium admittit completum excerptum tanto minus, cum hæc Introductio, de qua nobis sermo, solum

modo excerptum sit. Satis sit animadvertisse: sam præclarissimas regulas & methodum docere, qua puero studium Gallicæ linguæ facile amoenumque redditur. Et in hoc genere machina declinationis & Conjugationis, seu medicor sensibus instruendis ad docendum aptum functionem principem agit, præ cæteris insigniter elaboratæ Tabulæ adferuntur & pag. 9 agit auctor de tabella, qua, ut ait, præcipuæ orationis partes propositionis utpote: subiectum prædicatum, Copula, quasi anatomice dissectæ ob oculos pueri ponuntur.

B I O G R A P H I A.

Theophilus Augustinus Baro a Strausz. Electoralis Moguntinus Status & Conferentialis Minister & Imperialis directoralis Deputatus Batisbonæ, die 8. Sept. 1733 Moguntias primam lucem ad pexit, in qua urbe pater suus *Damianus a Strausz* Electoralis Moguntinus secretus Consiliarius erat. Vix adolescentinæ annos emensus vigesimum ætatis annum, studiis quibus hæc ætas informari solet, præsidisque patriæ suæ utilem operam præstandi imbutus, eam fortunam adeptus est, ut actualis Electoralis Moguntinus aulicus & regiminis Consiliarius denominaretur. Anno 1759 Vezlariam venit ad cognitionem Juridicam in Tribunali Camerae perficiendam. Postea Conventum Imperiale Batisbonæ adivit, ibique studiosam Imperii Constitus-

nem & notioem omnium consonantiam a priori nosse, atque, quemadmodum Musicus notas ex charta ad Instrumentum musicum transfert, a se ipso quemvis sonum, medio anatomice exacti nominis ex organo auditus, ad organum lingue transferre discet. Originalis harum denominationum dos in excerpto solum isthic proponi potest; en illud!

Sonus lenis per labia sonans *b*, acutus sonus per labia sonans *p*, sonus lenis gutturalis *g*, acutus sonus per guttur sonans *c*. *q*. lenis lingualis sonus *d*, acutus per linguam sonans *t*. sonus per labia & dentes sibilans *f*. & *ph*. anterioris lingue palatiis murmurans sonus *g*, posterioris lingue partis palati sibilans sonus *ch*. palmaris sonus *h*, acutus creperus sonus *k*, vulgaris creperus sonus *l*, suapte labialis & lingualis murmurans *m* & *n*, stridentis & vibrans sonus *r*, inter linguam dentesque susurrans *s* & *z*, lingua & dentibus prolatus sibilans sonus *c* & *q*, labris dentibusque prolatus susurrans sonus *v*, labris dentibusque sibilans *w* denique lingua dentibusque sibilans *x*, Classificatio Consonantium in Creperas, sibilantes, stridentes, susurrantes, & murmurantes nobis tam naturalis, quam ingeniosa videtur. — Nec existimamus, publicum iudicium a nostro dispar futurum.

Grammatica cum altera pars Mülleriani operis tam parum, quam Syllabarium admittit completum excerptum tanto minus, cum hæc Introductio, de qua nobis sermo, solum

modo excerptum sit. Satis sit animadvertisse: sam præclarissimas regulas & methodum docere, quæ puero studium Gallicæ lingue facile amoenumque redditur. Et in hoc genere machina declinationis & Conjugationis, seu medicæ sensibus instruendis ad docendum aptum functionem principem agit, præ cæteris insigniter elaboratæ Tabulæ adferuntur & pag. 9 agit. auctor de tabella, quæ, ut sit, præcipue orationis partes propositionis utpote: subiectum prædicatum, Copula, quasi anatomicè dissectæ ob oculos pueri ponuntur.

B I O G R A P H I A.

Theophilus Augustinus Baro a Strausz. Electoralis Moguntinus Status & Conferentialis Minister & Imperialis directoralis Deputatus Batisbonæ, die 8. Sept. 1733 Moguntiam primam lucem adpexit, in qua urbe pater suus *Damianus a Strausz* Electoralis Moguntinus secretus Consiliarius erat. Vix adolescentium annos emensus vigesimum agens ætatis annum, studiis quibus hæc ætas informari solet, præsidisque patriæ suæ utilem operam præstandi imbutus, eam fortunam adeptus est, ut actualis Electoralis Moguntinus aulicus & regiminis Consiliarius denominaretur. Anno 1759 Vezlariam venit ad cognitionem Juridicam in Tribunali Camerae perficiendam. Postea Conventum Imperialium Batisbonæ adivit, ibique studiosam Imperii Constitutio-

tioni condiscendæ operam dedit. Redux Mo-
 gutiam evocatus est ad Consilium Imperia-
 le aulicum, at hanc ille provinciam depre-
 catus est; anno 1769 proprio consilio Ele-
 ctor secreto Consilii Collegio eum admovit.
 Occasione enormis famis, quæ sub principium
 8. decadis Sep. 18. grassabatur, ab Electore
 ad inedia laborantes provincie Eichfelden-
 sis incolæ expeditus est; in hac ille statione
 adeo fidelia & utilia obsequia præstitit, de-
 sideriisque Electoris satis fecit, ut reversus
 actualis regiminis & Tribunalis Revisionis
 Director, quàmquam omnium junior de Col-
 legio esset, creatus fuerit. Mox ab aditu
 regiminis 1784 nuper defunctus Elector in
 Electoralis Secretum Conclave eum transtulit;
 eique munus Referentis atque 1775 totum sa-
 lebra plenum exterorum negotiorum munus
 credidit; in qua ille statione multa imitati-
 one digna egit pro Cultura Juvenum ad aptos
 officiales provinciales formandos, curam quo-
 que gessit erigendi Ordinis assicurationis in-
 cendiariæ, restaurandæ & emendandæ Aca-
 demie Moguntinæ &c. M. Novembri 1786
 demum; ut Electoralis Imperii Directoralis
 Deputatus ad Generalem Conventum Ratis-
 bonam profectus, hanc politice delicatam
 provinciam tanta cum approbatione princi-
 pis sui obivit, ut ab eo 1795 Status Confe-
 rentiarum Minister denominaretur; verum
 die 28. Nov. sequentis anni 1796 humanis
 exutus est.